

DE
 EXERCITIIS DISCIPVLORVM
 IN SCHOLIS PROPHETARVM
 AD
 SOLEMNIA
GYMNASI^I**ELBINGENSIS**
 ANNIVERSARIA
 ENCAENIIS EIVSDEM SACRA
 D. XXX. NOV. MDCCCLXIX
 RECOLEND^A
ILLVSTREM
 PERMAGNIFICOS ET AMPLISSIMOS
VRBIS PROCERES

OMNESQUE
 BONARVM ARTIVM
 FAVTORES AC PATRONOS

SVMMO
 PIETATIS ET REVERENTIAE
 AFFECTV
 INVITATVRVS Dubl. do 596.
 NONNVLLA DISSEKIT

IOANNES LANGIVS

GYMN. RECT. PR. TH. PVBL. ET BIBL.

ELBINGAE
 LITTERIS NOHRMANNIANIS.



Si experientia teste vere prudenterque dicta sunt, quae quondam vates ex tripode quasi prolata cecinit:

Quisque illa libenter

Et crebro loquitur, quibus oblectatur;
nemo sane in malam interpretabitur partem, me quoque, per septem iam lustra munere scholastico functum, in praesenti schedula iuinatoria tyronum exercitia, in Prophetarum scholis instituta, sub styli incudem vocare.

Non est cur putemus, scholas antiquissimis temporibus in Iudea viguisse nullas. Quodsi enim virtutis ac religionis pracepta non mortalium animis innata, sed per doctrinam demum & institutionem ulterius propaganda sunt: coegit omnino necessitas, scholas, a conditione licet praesentium longe alienas, si non in publico loco, priuatos tamen inter parietes aperire, quibus aut pii Iudeorum patresfamilias ipsi, aut filii eorum natu maximi praeerant, sapientiae ac pietatis in DEVVM doctores. Republica vero Israelitarum constituta sacrae docent paginae, eiusmodi societas etiam publicas & collegia in Palaestina extitisse, in quibus non a Leuitis modo, sed a venerabili quoque Propheta, Spiritu Sancto excitato & reuelationum participe, coetus saepius instituti sunt iuuenum, sapientiam, pietatem, rerumque diuinarum peritiam ex ore magistri imbibentium.

Tale

7d 8 II. 4728

Tale seminarium propheticum in ciuitate Gibe, in tribu beniamitica sita, Samuele antistite quondam floruisse, legimus 1 Sam. X, 5. 6. 10. Quo in loco vrbs illa Gibe, Gibe DEI dicitur, non quidem ob magnitudinem & excellentiam: quippe castrum tantummodo fuit in monticulo exstructum; sed ob illum illam Prophetarum scholam, in qua iuuentus in cognitione DEI imbuta, ad cultum diuinum pie celebrandum instituebatur.

Praeter hanc Gibeam alia tum temporis floruit Prophetarum schola in ciuitate Ramensi, 1 Sam. XIX, v. 19. 20. Rama-thaim Zophim alias appellitata. 1 Sam. I, 1. Quae vrbs Samueli & vitam & placidum sepulchri locum dedita creditur, & nomen fortita est, vel ab excelsa rupe, qui superstructa fuit, vnde in circumiacentes campos longe lateque prospectus patebat, vel ab ipsis Prophetis, eam incolentibus. Non enim inusitatum est, Prophetas in Sacra Scriptura צְדִיקָה speculatorum audire. Viguit ergo Samuele viuente etiam Ramae Zophim incluta prophetantium schola, in qua arcanarum litterarum studiosi ordinariam commorationis suae sedem & magistros habebant, qui eos, cognitione rerum sacrarum innutritos, ad munus propheticum ex voto obeundum praeparabant.

Sequenti vero aetate Bethel quoque, Ierichunte, Gilgale ciuitatibus, in gente ebraea sitis, filios Prophetarum commoratos, ibidemque scholas, vel ut nostro vtar stylo, Academias fuisse, extra omnis dubitationis aleam positum est. Eliam enim ac Eliseum eiusmodi doctrinae domos & auditorum, veritates coelestes discendi cupidorum, congregations hic locorum instituisse, ipsorum evincit historia. 2 Reg. II, 3. 5. IV, 38. Ex quorum coetu illi omnino centum fuerunt Prophetae, quos Obadias, domus Achabi procurator, furori Iezabelis subductos abscondit, & in subterraneis locis abditos, pane & aqua aliquandiu sustentauit. 1 Reg. XVIII, 3. 4.

Facile hinc conieaturatu est, plures post captiuitatem bablyoniam in Iudaea occurrisse scholas, in quibus altiora, sublimioraque doctrinae sacrae exposita sunt capita. Quae sapientiae domicilia ut a synagogis probe distinguantur, ratio suadet. In his enim conueniebant saltem Iudei ad orandum & ad legem ac Prophetas legendum; in illis autem difficiliora Scripturae loca explicabantur, traditionesque patrum proponebantur. Hinc & scholis excellentiorem quam Synagogis constitisse sanctitatem & auctoritatem, tralatitia Iudeorum est opinio, affirmantium, synagogam quidem in scholam, non vero scholam in synagogam conuersti posse.

In his Ebraeorum ludis litterariis iuuenes, ob pietatem in praceptorum Prophetarum filii nominati, varia eorum, quae sapientiae, religionis ac virtutis adminicula dicuntur, exercitia habebant. Quorum haud ultimum in eo consistebat, vt studiosi peritiam sacrae musicae sibi acquirerent, ad beneficia & laudes DEI tam voce quam instrumentis apte suauiterque decantandas. Hinc Saulo in Regem vnclo, cum is in collem diuinum veniret, oppidumque Gibeam ingressus esset, coetus occurrit Prophetarum, de facello descendentium, & praecedente nablo, tympano, tibia & cythare vaticinantium. 1 Reg. X, 5.

Cui negotio ut pares essent Prophetarum auditores, exercebantur etiam in necessaria rerum diuinorum cognitione. Qui enim nomen Domini canendo ac ludendo celebrare potuissent, nisi sufficientem scientiae apparatus de DEI attributis, perfectionibus ac voluntate, de diuinis creationis, conseruationis ac gubernationis totius mundi operibus, de beneficiis populo & ecclesiae Iudaicae exhibitis in his vatum scholis sibi acquisiuissent? Imo dum hi Prophetarum filii seu discipuli populum in diebus festis praecipua fidei Israeliticae dogmata docere tenebantur: cognita fane & perspecta haberent necesse erat, quae de cultu Israelitatum diuino, de mysteriis euangelicis in typis inuolutis, deque Messiae

Messiae persona, aduentu, passione, morte, resurrectione & re-
liquis ab eo praestandis, Iudeorum statuebat ecclesia.

His cognitionis, his pietatis adminiculis instructi ad maiora
saepius obeunda munera prouocabantur. Sic ex eiusmodi schola
prophetica non modo Nathan, Gad, Assaph, aliquae musicae
praefecti & magnalium DEI, futurorumque euentuum confessio-
res produisse videntur, sed veri quoque sumillimum est, Numen
Altissimum ex tali seminario saepius elegisse viros, in pietatis ac
scientiae exercitio bene praeparatos, qui Spiritu prophetico
afflati, voluntatem DEI, immediate ipsis reuelatam, Iudeis no-
tam facerent.

Sed missis filiorum Prophetarum exercitiis scholasticis, ad ea
me potius conuerto, quae in Lyceo patrio priscis abhinc tempo-
ribus initituta, more maiorum quotannis celebranda veniunt pro-
gymnasmata. Quae inter haud ultimum occupant locum so-
lemnia, encaeniis Seminarii huius dicata, & crafina luce (sic
DEO, sic Nutritoribus Gymnasii Munificentissimis visum est,)
actu oratorio condecorare. Cui festiuitati anniuersariae ut auto-
ritatis, vt splendoris desit nihil, *Vos, Illustris, Permagnifici,*
Maximeque Strenui, Generosi, Amplissimi, Consultissimique,
BVRGGRAVIE REGIE, PRAECONSULES, CONSULES,
Maecenates & Euergetae ad cineres usque Deuenerandi; *Vos*
insimul, *Excellentissimi, Plur. Reuerendi, Praenobiles, Nobiles,*
Spectabiles ac Humanissimi litterarum Fautores summopere Colendi
demississime & obseruanter rogo, vt sepositis grauioribus negotiis
*praesentia *Vestra* exoptatissima Musas nostras cohonestare, & il-*
*larum votis, pro conseruatione Athenaei patrii soluendis, *Vestra**
quoque addere haud dignemini. P. P. Elbingae. D. XXIX.
Nov. MDCCLXIX.



Auf Kosten der Gelehrten.

Der Vorredner
Thomas Christlieb Achenwall
eröffnet die Schulseyer, und bittet um ein geneigtes Gehör.

In Erwegung des Nutzers, den diese Schule bis dahin verschafft, erwecken sich
nachfolgende zum Lobe Gottes, und wünschen ihr weiter Glück und Segen.

Johann Gottlieb Abramowski, Martin Gottlob Groß,
Jacob Daniel Zabienski, Samuel Gottfried Frenzel,
Johann Andreas Stephani, Israel Zimmermann,
Carl Ferdinand Sieffert.

Carl Friedrich Kriese
redet von dem, was in der gelehrten Welt merkwürdig ist.

Von Frühzeitigen Gelehrten.

Samuel Sigismund Rogge, Johann Friedrich Michael Sieffert,
Christian Gottfried Fromm, Johann Gottlieb Kreischmer,
Johann Ferdinand Konopacki, Jacob Friedrich Baginski.

Johann Horn
behauptet, daß einige spät zu studiren angefangen, und doch grosse Männer geworden.

Von den Schicksalen der Gelehrten

sprechen

Johann Jacob Hanff, Johann Jacob Möller,
Carl Ferdinand Stamsey, Carl Israel Lange,
Carl Christoph Baum, Martin Thomas Schmidt,
Johann Wiens, Johann Gottfried Stein,
Johann David Wulf.

Theo-

Theodor Michael Sieffert
untersucht, warum das Schicksal der Gelehrten so sehr in die Hagen falle?

Ein Gespräch
von den Tugenden und Fehlern der Gelehrten.

Carl Daniel Fuchs,

Carl Heinrich Alexander du Laurans de Bousquet,

Mathanael George Land.

Johann Ephraim Kelch

beweiset, daß ein Gelehrter vorzüglich zur Ausübung der Tugend verbunden sey.

Johann Mathanael Zobel

beantwortet die Frage: ob die so genannten Stammbücher der Gelehrten zur Liebe
der Tugend etwas beytragen?

Von Gelehrten, die wegen ihrer Wissenschaft große Ehre genossen, reden

Carl Wilhelm Fromm,

Daniel Samuel Rogge,

Benjamin Friedrich Mioduczewski,

Michael Braun,

Johann Friedrich Konopacki,

Alexander Gottlob Kiedt,

Johann Jacob Hanß,

Johann Jacob Holtz,

George Theodor Land.

Johann Jacob Meienreiß

erzählt, daß es Doctores in dreyen Facultäten gegeben.

Daniel Gottfried Kanngiesser,

Carl Alexander Bräkenhausen,

Michael Theodor Conrad Stolz,

Johann Sigmund Möller

halten ein Gespräch von denen, die durch ihre Gelehrsamkeit sich in Unglück gestürzt.

Johann von Koldum,

zeigt, in wie weit Glück und Unglück von dem Gebrauch und Missbrauch
der Gelehrsamkeit abhänget.

Warum einige Gelehrte keine Bücher geschrieben, entdecken

Gottfried Scheiberlin,

Johann Daniel Kretschmer,

Sacharias Janson,

Michael Gottlieb Fuchs,

Daniel Friedrich Conradi.

Von

Von Gelehrten, die besser geschrieben als geredet, entdecket seine Meinung

Theodor Ferdinand Köppen.

Von denen, so viele Bücher geschrieben, machen Worte

Martin Christian Groß, Benjamin Silber,
Joseph Xaverius Mioduczewski, Gottfried Ephraim Wulff.

Michael Leuchert

erzählt, daß Gelehrte oft aus Neid und andern Ursachen ihre eigene
Bücher verbrannt haben.

Vom Umsatteln der Gelehrten reden

Peter Kawerau,
Jacob Schröter,
Gotthelf Israel Schmidt,
Johann Gottfried Hingelberg.

Beispiele berühmter Männer aus allen Facultäten, die zu ihrem Glück umgesattelt,
führen an

Friedrich Haag,
Gottlieb Wallermann,
Carl Friedrich Brämer,
Ferdinand Theodor Brakenhausen.

Was das Wiederrufen der Gelehrten bedeute, und was davon zu halten sey, sagen

Johann Christian Horn,
George Lemke.

Von denen, die Papier und Schriften zur Strafe haben aufessen müssen, unterreden sich

Thomas Christlieb Achenwall,
Theodor Michael Sieffert,
Johann von Koldum.

Der Nachredner, Carl Friedrich Kriese,

banket der Hochanschlichen Versammlung für ihre gegenwärtige hohe Gegenwart und
schlüßet mit allgemeinen Wünschen.

